~ PIVS PP. IIII ~

Dilecti filij salutem et aplicam ben. Fidei constantia, et sinceræ deuotionis affectus, quibus uos in nro et aplicæ sedis conspectu præditos esse cognouimus, nos inducunt, ut commodis uris atq; se=
curitati, quantum cum deo possumus fauorabiliter consulamus. Itaq; licet alias ex certis tunc expressis causis uoluerimus et ordinauerimus, quod in omnibus et singulis Ciuitatibus, Terris, et
alijs locis dictæ sedi immediatè subiectis, in quibus pœnæ pecuniariæ et mulctæ siue bonorum confiscationes pro quibusuis criminibus aut aliàs qmolibet inflictæ Ciuitatum Terrarum
et locorum hmôi cõmunitatibus et Vniuersitatibus, ex statuto uel consuetudine aut priuilegio aplico etiam ex titulo oneroso, uel aliàs concesso in toto uel in parte applicatæ erant, non præ=
fatis Cõitatibus et Vniuersitatibus, sed cameræ nræ aplicæ applicatæ essent, et esse con[illegible]entur, prout in nris inde sub plumbo confectis lris plenius continetur. Nihilominus considerantes uos,
qui sicut accepimus, ante ordinationem nram hmôi in pacifica possessione seu quasi [illegible]nales pœnas seu mulctas maleficiorum ac bonorum confiscationes omnium in ipsa Terra Terra ura
et districtu eius pro tempore emergentes exigendi, leuandi et percipiendi existebatis. Arcem siue fortalitium Portus in littore maris Adriatici ad defensionem uram, et aliorum locorum
conuicinorum, ac Nautarum illac comeantium contra immanissimorum Turcarum et Piratarum uiolentiam et impetum littora illa frequenter infestantium et quandoq; dictam Arcem et por=
tum ipsum inuadentium constructum habere, et ad eius tutelam et propugnationem aliqua tormenta ualde necessaria esse. Idcirco ut hoc a uobis facilius confici possit, opportunè proui=
dere uolentes, uris in hac parte supplicationibus inclinati, uobis pœnas et mulctas maleficiorum ac bonorum confiscationes omnium hmôi, ita ut ex illis perceptis duo tormenta bellica, Can=
nones uulgo uocata, seu illorum loco, si aptiores fore uidebuntur, Tres Sacros nuncupatos ad deffensionem eiusdem Arcis seu fortalitij ibi collocandas, quamprimum fieri, realiter
et cum effectu curetis, et illis postmodum factis, successiuè easdem pœnas et mulctas ac bonorum confiscationes pro tempore prouenientes, in restaurationem murorum ipsius Terræ
et Arcis, ac manutentionem dicti Portus conuertere omnino teneamini, aucte aplica tenore pntium ex nunc in futurum gratiosè restituimus, remittimus et condonamus, restitutasq;
remissas et condonatas fore [illegible] esse, et ut prius illas a uobis percipi et exigi debere [illegible]umus, uosq; quoad hoc in pristinum et eum in quo anteq; dictæ nræ lræ emanarent statum
reponimus et reintegramus, necnon restitutionem, remissionem, condonationem, uoluntatem, repositionem et reintegrationem prædictas, pntesq; lràs semper ualidas et efficaces existere
suosq; plenarios effectus sortiri, et ab omnibus ad quos spectat et spectabit in futurum inuiolabiliter obseruari, Et sic per quoscunq; iudices et Comissarios quauis aucte fungentes, sublata eis et eorum
cuilibet quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari et diffiniri debere, ac quicquid secus à quoq; quauis aucte scienter uel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decer=
nimus. Mandantes dilectis filijs Camerario ac Thesaurario nro gnali, et Præsiden, ac Clericis eiusdem Cameræ, necnõ legatis, Vicelegatis, et Gubernatori, Thesaurario, Vicethesaurario nunc
et pro tempore in prouincia nra Marchiæ Ancomtanæ existentibus, in uirtute sanctæ obedientiæ, quatenus uobis easdem pntes nras lras, et in eis contenta quæcunq; firmiter obseruent, et ab alijs
obseruari mandent, patentesq; lràs desuper necessarias si à uobis requisiti fuerint, expediri mandent et faciant. Non obstantibus lris nris præfatis, et alijs constitutionibus et ordinationibus aplicis
nec non dictæ Cameræ et alijs et iuramento confirmatione aplica uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisq; contrarijs nõ obstantibus quibuscunq; Dat Romæ apud
sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die iij Maij M. D. lxiiij. Pont. Nri Anno Quinto. ~

~ Cæ: Glorierius ~

die xvij mensis Maij 1564 presens retroscriptum Breve per d. Jo: Fran.^m Salvadori oretenus et d. Cornelium Cencium pro d. Coeruaerio Abbate Mag.^co I. V. Doc. d. no. Jo: Bapt.^a de Benedictis Locumtenenti Ill.^mi Camerarii exhibitum et presentatum fuit, petentes recipi admitti et observari ac in libris Cam^e regestrari, qui mag.^cus d. Locumtenens ea qua decuit reverentia admisit observari et regestrari mandavit ut Actis Stact.^e ...ali ap.^o et cum ... testibus d. Jac.^o Carbono et Cesare Pellicano de Alacr.^m Transmontanis curialibus / Et ego Dom.^cus Philippus not. ad ... reg.

Ill.^mi Reg.^o Brevium f.^o 24

Obtentum per D. Ioannem Franciscum Iacopinum de Montesancto etc.

1569 die quinta ... embris
exhibitum per d. Cesarem Pellicanum
... cor.^m ... Martinio

die p.^o Julij 1564
exhibitum per d. Cesarem Pellicanum ... per ... qui mag.^s ...

Dilectis filiis Universitati et Hominibus
Terrae nrae Montis Sancti Firman. dioecesis

Poenae malefitiorum et Confiscationum applicantur
Com.^tis ... pro manutentione
Mens. ... Pio IV.

N.^o 25.

Die quinta Mensis Maij 1574
Exhibitum et productum fuit per dominum Cesarem Pellicanum ... Mag.^ci Com.^tis terrae Montis Sancti ... et ... Pellicani de ... terrae Montis Sancti ...

Die ... Julij 1578
exhibitum per d. Cesarem Pellicanum ...

R. P. d. Spinola
Pro
Universitate Montis S.^ti Firmianae ...
Con.^m
... et Thes.^rius Marchiae
die 3 Aug.^ti 1575
Reg.^t ...